







Leonardo Trissino
p.mo giugno 1821.

# ARBOR GENEALOGICA GENTIS DE CIGNANO

Quam merito, ac virtuti

## D. CAROLI

*Per Lineam rectam eodem ex Stipite Descendentis.*

IOANNES BAPTISTA DE RUBEIS
Patriarum Antiquitatum fidissimus collector
D. D. D.



Bononiæ, ex Typographia Camerali. M.DC.LXXXVII.

*Superiorum permissu.*



PerIlluſtri, ac Præclariſsimo Viro
Domino meo

# D. CAROLO CIGNANO
## PICTORI CELEBERIMO

IOANNES BAPTISTA DE RVBEIS
Felicitatem perpetuam.

*PErluſtranti mihi, Vir Præclariſsimè, Patriæ Antiquitates, & Concivium meorum annoſas Stirpes ex infinita propemodùm Tabellarum congerie in vnum colligenti, id curæ fuit præcipuè, vt Gentis CIGNANAE originem antiquiſsimam ex innumeris Inſtrumentis, ac Memorialium, lapidumque fragmentis, quæ penè perierant, reuocarem. Nunc demùm, quæ fuerant in votis adeptus, Generis tui Stipitem*

*tuò nomini dicatum benignus intuere. Postulabat hoc Arboris longæua, & vsquè nunc non interrupta vetustas, atquè vt a tenebris illustris vindicaretur Origo, illustrior tua Virtus exposcebat. Virtus, inquam, quæ & Ciuium, & Exterorum affectus prouocando, animum meum ita deuinctum reddidit, vt quem iam in tuis Tabulis admirandum celebrat Fama, Te ipsum ex alienis, longo licet labore, Maioribus restitutum recipiat Antiquitas. Tu igitùr eo animo Arborem hanc Genealogicam accipias velim, vt meo indulgens Genio Tibi gratam extitisse demonstres, quæ in Gentis CIGNANAE splendorem fidissimè colligebam, atquè his laborum meorum monimentis, inclytæ Virtuti tuæ dicatis humanissimè corrideas. Valè.*

## *Humanisſime Lector.*

ADuerte me in colligendis huius Familiæ monumentis veritatem potiùs, quàm elegantiam ſtyli hiſtorici attendiſse; cùm enìm hæc mea è Notariorum ſcriptis authenticis collegerim, eos potiùs imitari decreui, quibuſcum mihi ſumme neceſsaria ſemper debet eſse coniunctio.



Vidit D. Fulgentius Orighettus Clericus Regularis S. Pauli in Metropolitana Bononiensi Pœnitentiarius, pro Illustrissimo, & Reuerendiss. D. Iosepho Musotto Vicario Capitulari Bononiæ.

---

PerIllustris, & Excellentiss. Dominus D. Canonicus Bartholomæus Cæsius pro S. Officio videat, & referat.

*Fr. Paulus Hieronymus Giacconus Inquis. Bonon.*

Librum hunc, cui titulus: Arbor Genealogica Gentis de Cignano, &c. Authore Excellentissimo Viro D. Doctore Iohanne Baptista de Rubeis, commissione Reuerendissimi Patris Inquisitoris Bononiæ diligenter vidi, introspexi, nec quicquam catholicam obumbrans Fidem, Principes, aut bonos mores resecandum animaduertens, pro vetustę Familiæ spectabili monimento, imprimi posse censeo. 4. Kal. Febr. 1687.

*Ego Bartholomæus Cæsius I.V.D.*
*S. Petronij Canonicus.*

Stante anteposita attestatione, & iudicio.

*Imprimatur*

Fr. Paulus Hieronymus Giacconus Inquis. Bononiæ.

Anti-



Ntiqua, ac ſpectabilis Familia Illorum de Cignano, alias appellata Nobiles de Cignano, non ſolùm ſuam traxit originem è Caſtro Cignani, locus in Mugello, Florentino eſt Territorio Bononienſi conterminus; verùm etiam ſecundum communem Hiſtoriographorum Thuſcorum opinionem dominata eſt dicto Caſtro. Nonnulli eiuſdem Stirpis nuncupati ſunt de Soli, & alij de Zolaia ratione Domicilij, quod habuerunt in locis, quæ ſunt de Iuriſdictione Mogelli.

Familia igitùr de Cignano poſt Annum 1400. Florentiam ſe contulit, ibique ſuum poſuit Domicilium, & breui temporis ſpatio non ſolùm acquiſiuit Ciuilitatem, ſed etiàm admiſſa fuit ad Officia, & honores, quibus fruebantur veri Ciues.

Quod illi de Cignano Florentiæ habitauerint. Primò deſumitur ex Depoſito, ſeu Sepulcro, quod ineſt in Eccleſia Sanctæ Mariæ in Campo (locus deſtinatus habitationi Epiſcopi Feſulani) ſub maiori Capella dictæ Eccleſiæ num.7. Lapis prægrandis apparet cum ſeqnenti Stemmate, & verbis.



Sepulcrum Iohannis Turæ de Cignano, & ſuorum deſcendentium, vt in Sepultuario Quarteriorum Sanctæ Mariæ Nouellæ, & Sancti Iohannis num. 68. pag. 675.

Secundam probationem deduco ex notula Mortuorum, qui ſepul-

ſepulturam habuerunt in Eccleſia Sanctæ Mariæ Floris, nuncupata Sancta Reparata, ſub Anno 1223. Kalendis Sancti Matthiæ Apoſtoli 6. Februarij adeſt, & reperitur Ser Bartolus quondam Iacobi de Cignano 881.

Tertia probatio depromitur ex Eccleſia Sancti Marci Florentiæ tranſacto depoſito Familiæ de Pulciano, quod eſt quinquageſimum primum. Adeſt aliud depoſitum verſus Feſulas dictæ Familiæ, quod eſt quinquageſimum ſecundum, etiam ſuper eius Clauſiuo marmoreo adeſt Stemma, & inſcriptio illorum de Cignano.

Quartò pròbatur ſupradictam familiam habuiſſe in Eccleſia Patrum Eremitarum Sancti Augustini Caſtri Scarpariæ antiquam Capellam cum ſuis Inſignibus in ingreſſu ad dexteram dictæ Eccleſiæ.


Quod familia de Cignano eſſet Nobilis Florentiæ, & tanquàm talis ab omnibus reputaretur notorium eſt, eo maximè quia habuit Doctores, Canonicos, Duces Equitum, Peditumque, Parentelas nobiles tàm actiuas, quàm paſſiuas, & multos Priores, ſeu Antianos vſque ad ſæculum tranſactum, in quo desijt eſſe Florentiæ.

Hoc deſumitur ex Libro Prioriſta nuncupato à Tratta nu. 3. Quarterij S. Iohannis 412. ; vbi reperitur deſcriptus Nicolaus Antonij Ser Laurentij de Cignano pro Maiori, de menſe Nouembris anni 1475. de numero Priorum.

Itèm de anno 1500. adeſt Antonius Nicolai Ser Laurentij de Cignano de numerò Priorum.

Secundò. Probatur dictam Familiam fuiſſe nobilem Florentiæ, quibus impartiebatur Sal pro qualibet perſona à Gabella Salis de Anno 1399. In Quarterio Sanctæ Mariæ Nouellæ inter alios nominatur Philippus Franciſci de Cignano.

Tertiò,


Helisabeth. M. C. Christi.
Reu. D. Philipus.
Felix.
Francifcus Bonauentura Not. Col.
Iunipera. Vincentius de Bucchis. Dominicus de Barbertijs.
Thomas.
Maria Diamantes. Iacobus de Zoanettis.
Reu. D. Mapheus. S. Petri Mansion.
Carolus. Isabella de Tumbis.
Petrus Capitaneus.
Iulius Cæsar.
Antonia Maria. Angelus Perinus Phil. & Med. Doct. Ioseph Maria Verona.
Pompeius Not. Col. Helisabeth de Mingantibus. Victoria de Orlandis. Magdalena de Quainis.
Columnellus Carolus.
Vincentius Maria. Sancta da Crescentijs.
Constantia. Io: Baptista de Macchiauellis.
Antonius Maria.
Iulia. Blasius de Becchettis.
R.D. Franciscus de Soc. Iesu.
Laura. Hercules de Ghedinis.
Iulius Cæsar. Iunipera de Rondis. Lucia de Panzettis.
Lucretia. Ioannes Ciza.
Francisca. Io: Baptista de Stachis.
Io: Maria. Francisca de Guidettis.
Magdalena. Ioannes de Pratis.
Antonius. Hippolyta de Grossis.
Antonius Elisæus. Helena de Nobilibus.
Iulius Cæsar.
Cassandra.
Camilla.
Iulius Cæsar. R.D. Casiodorus Cler. S. Salu. 1552.
Laura. Laurentius de Solimanis.
Ioannes Paulus. Iulia de Siueriis alias dalla Maddalena. Margarita de Nobilib.
Io: Baptista.
Helena.
Petrus. Lucia de Aloisijs.
Ludouicus. Flaminia Serena de Organis. Iudith de Illarijs.
Paulus.
Dominicus. Constantia Blancona.
Vincentia.
Antonius Maria.
Hieronymus. Helena Podesta de Marchesia.
Alexander.
Franciscus Maria. Panthesilea de Siuerijs.
Iacobus. 1492.
Elisæus. Matthæa de Macinatoribus.
Ludouicus.
Ioannes Maria. Francisca de Angelinis 1509. Maria de Paleottis 1529.
Marcus.
Antonius. Cæcilia de Odofreddis.
Elisæus I. V. D. Ioanna de Bentiuolis.
Minerua. Gratia de Aimericis 1448.
Lucretia. Bartholomæus de S. Petro I. V. D.
Dorothea. Laurentius Ratta I. V. D.
Iacobus. Anna de Guidottis.
Thadæa. Franciscus Albergatus.
Helena. Christophorus de Orettis.
Marcus.
Nicolaus.
Marcus. Thælda de Ricijs 1402. Billa de Cospis 1406.
Guzolinus.
Ioannes.
Franciscus.
Vezosa. Gulielmus de Thebaldis.
Petrus.
Iacobus.
Bartholomæus.
Franciscus. Neria.
Iacobus de Cignano.





Tertiò. Ad magis comprobandam nobilitatem dictæ Familiæ. Inducitur Stemma, dedtractum ex libro octogesimosecundo, vbi registrata reperiuntur Arma, Stemmata, seu Insignia Ciuium Florentiæ vbi sunt illa de Cignano in hunc modum descripta. Est Valuulus seù Campus aureus, in cuius medio transuersi sunt quinque Rhombi Tessarij coloris nigri, seu sabulei, dispositi ad instar Fasciæ, & est idem, qui positus est super dictis depositis, qui etiam semper inarboratus fuit à Dominis de Cignano, seù Cignanis Bononiæ. Quì posteaquam effecti fuerunt Ciues Bononienses addiderunt dicto Valuulo caput ceruleum cum tribus Lilij aureis, & Labello rubeo.

Vlterius addo illud, quod desumo ex Priorista Historiato Tomo Primo inter Ghibellinos, qui fuerunt eiecti, ac banniti non solum à Ciuitate, & districtu, sed etiam à toto Territorio Florentiæ, inter quos reperiuntur Ser Iacobus de Cignano, Iohannes Turæ, Iacobus Guidotti, Spina, & Petrus Azolini, Gerius Turæ, Raphael Rugerij, Azzuccius Manuchæ, Rainaldus Gabriellis, Iohannes, Dominicus, ac Nuccius fratres, & filij Pierij, & Franciscus Philippi omnes banniti de supradicta familia dicta de Cignano.

Item ex Libro 126. sub Rubrica Portæ Domus deducuntur Ghibellini, qui à Ciuitate, & Territorio Florentiæ fuerunt banniti, inter quos reperitur supradictus D. Iacobus de Cignano.

Item in Catalogis collectis per Reu. D. Vincentium Borghinum Quaderno 4. in numero Ghibellinorum bannitorum à Ciuitate, & Statu Florentiæ, est dictus Iacobus.

Modo meum erit probare Dominos de Cignano Bononienses descendere per lineam rectam ex supradicto Iacobo, qui habuit bannum à Florentia, & venit Bononiam, vbi acceptatus fuit in Societate Tuscorum, vt est videre in Camera Actorum, siuè Archiuo Bononiæ in fragmentis diuersarum matricularum Societatis Tuscorum in vnum Librum collectis, vt in Armario fol. 1. dicti libri sub Quarterio Portæ Rauennatis adest, & reperititur Iacobus de Cignano sub anno 1273. qui postea procreauit Franciscum ad quod probandum sequentia inducuntur.



Et primò probarur Franciscũ fuisse filium Iacobi de Cignano mediante duplici enunciatiua elicita ex duobus Instrumentis die 15. Decembris 1365. celebratis, primum est renunciationis factæ per Vezosam filiam quondàm Francisci olim Iacobi de Cignano ad fauorem Iacobi, Petri, atque Bartholomæi eius fratrum in bonis dicti quondam Francisci, & Neriæ eorum Matris, vt ex rogitibus Iacobi Cursij Vincentij Notarij ex quo dignoscitur Franciscum fuisse filium supradicti olim Iacobi, & ex ipso & dicta Neria procreatos fuisse dictus Iacobum, Bartholomæum, Petrum, & Vezosam.

Alte-



Alterum est Dotis supradictæ Vexozæ olim Francisci dudum Iacobi de Cignano futuræ Vxoris Guglielmi Dinarelli, olim Masini de Thebaldis, cui pro dote, & nomine dotis solutæ fuerunt Lib. 300. per Iacobum Bartholomæum, & Petrum suos fratres occasione absolutionis, liberationis, & renunciationis per eam factæ dictis eius fratribus Bononiæ in Capella Srncti Antolini, eodem die, mense, & anno, vt ex rogitibus dicti Iacobi Cursij Vincenrij Notarij, & hoc constat ex memorialibus Bartholomæi Donati Petri de Paltronibus fol. 54. & 55.

Tertia probatio desumitur ex Libro Capitalium 13. in Quaderno Reformationum fol. 98. inita cum Iohanne Archiepiscopo Mediolani, & Republica Florentina, inter alios, qui fuerunt reuocati à banno, & quibus restituta fuerunt bona de anno 1353. reperiuntur infrascripti, videlicet Aldobrandinus, Lanfrancus, Ser Corradus, Nicolaus, & Angelus fratres, & fiij qnondam Bartholi de Soli, & Beltramus dicti Aldobrandini, Iacobus, Bartholomæus, & Petrus, seù Perius fratres, & fiij Francisci de Cignano, qui in Patriam reuersi venditis suis bonis, cognoscentes se mansuros esse in continua perturbatione propter Bella, & Factiones redierunt Bononiam.

Quod Iacobus esset filius Francisci elicitur ex Instrumento Procuræ sub mense Octobris anni 1363. ex rogitu Iohan-

nis Angelini Alberti de Angelellis, ibi Iacobus olim Francisci de Cignano.

Secundò, probatur ex Instrumento transactionis secutæ de anno 1382. sub die 18. Martij inter Iacobum quondam Francisci de Cignano habitatorem Bononiæ, sub Capella S. Thomæ de Mercato, & Guidonem quondam Octauiani de Vbaldinis super vna petia Terræ septuaginta tornaturarum in loco dicto la Tomba, cum duabus Domibus in Capella Sancti Alberti, alias venditarum per dictum Iacobum de Cignano, vt in Libro Memorialium Iacobi de Magnanis in Quarto Quaterno fol. 5. eiusdem Quarti Quaterni.

Tertia probatio deducitur ex Testam. nobilis Viri Guidonis Octauiani de Vbaldinis confecto de anno 1383. Bononiæ, & rogato per DD. Franciscum D. Benuenuti olim Bartholini de Bibolano insolidum cum Beldo quondam Magistri Francisci de Panzachijs de Roncastaldo sub die 20. mensis Iunij, in quo Testis rogatus atquè adhibitus fuit ipse Iacobus quondam Francisci de Cignano.

Quartò, probatur ex antedictis Instrumentis celebratis cum supradicta Vezosa, Iacobum fuisse filium olim Francisci dudum Iacobi de Cignano.

Quintò, probatur ex Instrumento locationis factæ per Iacobum quondam Francisci de Cignano Guidoni Tomacis de Seraglhunis de vna statione sita in quadam Turri à Tassello vt ex rogitu Iacobi Cursij Vincentij Notarij.

Quòd Bartholomæus tertius genitus fuerit filius eiusdem Fräcisci ex supradictis deducitur, ac etiam ex vno extimo dictum D. Bartholomæum habuisse tres filios nempe Franciscum nuncupatum Cecum, Vgolinum dictum Gozolinum, & Iohannem; quòd etiam probatur mediante Instrumento rogato per Ser Lentium de Cospis Protocolo primo fol. 11. ex quo elicitur etiam Franciscum procreasse Nicolaum, qui fuit Notarius.

Quod

Quod Petrus quartuſgenitus fuerit filius Franciſci de Cignano, elicitur ex Bulla Collationis Beneficij obtenti per dictum Petrum. Ibi: Dilecto filio Petro q. Franciſci de Cignano, de anno 1371. die 22. Aprilis ex rogitibus Pauli de Coſpis, & ex ſupradictis Inſtrumentis.

Ex ſupradicto Iacobo iuniore in lucem editus eſt Marcus de Cignano, & hoc deſumitur ex ſolutione extimi. Ibi: Marcus filius, & hæres Iacobi de Cignano Campſor Bononiæ, Capellæ Sancti Thomæ de Mercato, ſoluit libras centum pro extimo, vt in libro Extimorum ſignato P ſub die 14. Maij 1390. Secundorum fol. 51. vt in publico Archiuo Bononiæ.



Secundò probatur Marcum fuiſſe filiũ Iacobi de Cignano, & in primis nuptijs habuiſſe in Vxorem Teldam filiam Silueſtri Magiſtri Rubei de Ricijs de Florentia, Viduam ob mortem Silueſtri Franciſci Lei, ſeu Fei de Florentia, & poſteà Vxorem Marci Iacobi de Cignano Ciuis Florentini ſub die 15. Ianuarij anni 1402. ex rogitibus Ser Bartholomæi Beldi de Panzachijs.

Tertiò probatur quod Marcus Campſor Bononiæ fuerit filius Iacobi de Cignano, & maritus in ſecundis nuptijs Billæ

læ quondam Iacobi dudùm Pauli, olim Lentij de Cospis; hæc enim probatio deducitur ex laudo dato per Excellentissimum D. Iohannem Dominicum Petri de Canetulo Legum Doctorem, Arbitratorem super quæstionibus vertentibus inter Laurentium, & Mercadantem fratres, & filios quondam Zordini de Cospis ex vna parte, & Dominam Billam quondam Iacobi, olim Pauli, olim Lentij de Cospis Vxorem Marci de Cignano Campsoris Bononiæ, ex parte altera, occasione hæreditatis, & successionis dicti Iacobi de Cospis, vt in Libro Prouisore Petronij quondam Blasij de Nobilibus Notarij pro secundis sex mensibus anni 1406. die 28. Iulij ex rogitibus Fabrini Damiani Pacis Notarij.

Quarto probatur Marcum fuisse filium Ser Iacobi de Cignano ex Testamento per ipsum Marcum confecto de anno 1411. die 8. Iulij. Ibi: Marcus filius quondam Ser Iacobi de Cignano Campsor Bononiæ, qui fuit mercator, Capellæ Sancti Thomæ de Mercato, & inter alia legata reliquit, vt inuestirentur libræ quingentæ pro anima ipsius Testatoris in constituenda dote Altaris S. Andreæ sito in Ecclesia Cathedrali, quod Altare erat propè Sacristiam dictæ Ecclesiæ. Item reliquit, vt construeretur vna Capella, seu Altare in Ecclesia Sancti Thomæ de Mercato sub inuocatione B. M.V. & expenderetur aliæ libræ quingentæ, & libræ decem pro apparatibus, & multa alia legata fecit, vt constat ex rogitu Christiani de Christianis Notarij.

Quinto, & vltimo non solum existentia Marci de Cignano probatur, verum etiam spectatur pietas, & amor in redimendo, atque restituendo Bononiam eius dilectissimam Patriam (in qua ortus fuerat) paci, & pristinæ libertati, & hoc fecit vna cum alijs decem, & nouem zelantissimis Conciuibus exbursando portionem 1950o. Florenorum (valor cuiuslibet Floreni erat solidorum triginta nouem)

Fran-

Bracchio de Fortebracchijs Capitaneo Generali exercitus Ecclesiæ in partibus Italiæ, vt in libro expensarum anni 1418. cooperto corio beret ino folio 278. existente in Archiuo publico Bononiæ, & omnes qui exbursarunt dictam pecuniam fuerunt vocati Viginti Crediti.

Ex supradictis Marco de Cignano, & Billa de Cospis procreati fuerunt octo filij videlicet tres masculi, & quinque fœminæ.

Primogenitus fuit Iacobus Marci de Cignano, & Billæ de Cospis, qui in iuuentute sua Legibus operam dedit, & multum in ipsis profecit, sed defuncto Patre à studijs abstinuit.



Posteà accedente consilio Parentum duxit in Vxorem Dominam Annam filiam quondam Gabriellis de Guidottis, vt constat in Instrumento locationis factæ de anno 1447. die 28. Aprilis ex rogitu Caroli de Brunis.

Secundo probatur ex Instrumento venditionis factæ per Iacobum quondam Marci de Cignano de tertia parte vnius Domus Carolo de Sancto Venantio de anno 1467. de quo rogati fuere Iacobus Buccafereus, & Franciscus de Ghiselerijs Notarii. Dictus Iacobus diem vltimum clausit die 7. Iunij 1476.

Elisæus



Elisæus secundus genitus filius supradictorum Marci de Cignano, & Billæ de Cospis, qui ætate florenti tradidit se studijs bonorum artium, posteà legalibus, & tantum profecit, vt de anno 1444. consecutus sit Lauream Doctoralem in vtroque Iure magno cum plausu. Die verò 24. mensis decembris eiusdem anni duxit in Vxorem Zanam filiam legitimam, & naturalem spectabilis, ac Generosi Viri Ludouici quondam Caroli de Bentiuolis Capellæ Sancti Martini de Apposa, & habuit in dotem libras mille in tot bonis monetis, vt constat ex rogitu Ser Iohannis de Ballis, vt in libro Prouisore Dini quondam Ser Francisci de Portu Notarij pro secundis. De anno 1446. bimestre Martij, & Aprilis fuit de numero DD. Antianorum. Ista probatio desumitur ex Libro Nouarum prouisionum anni 1446. fol. 38. Pro bimestre Maij, & Iunij supradicti anni fuerunt de numero DD. Antianorum infrascripti, videlicet.

D. Pandulphus de Blanchis Vexillifer Iustitiæ Communis, & Populi Bononiæ.

Pro Quarterio Portæ Rauennatis.

D. Antonius de Sancto Petro Vtriusque Iuris Doctor.

D. Zeorgius Iacobi de Paxellis.

Pro Quarterio Portæ Sancti Petri.

D. Elisæus de Cignano.

D. Iohannes de Blanchettis.

Pro

Prō Quarterio Portæ Sterij.

D. Matthæus de Garſendinis.

D. Dominicus de Garganellis.

Pro Quarterio Portæ S. Proculi.

D. Paulus Volta.

D. Iacobus de Fantutijs.

De anno 1447. fuit Dux, & Capitaneus partium illarum, quæ reſpiciunt montes verſus Scaricalaſinum, vt conſtat ex libris expenſarum dicti anni.

Secundo probatur ex alio Inſtrumento promiſſionis factæ per Excellentiſſimum D. Eliſæum quondam Marci de Cignano ad fauorem D. Dorotheæ eius ſororis, & vxoris olim Egregij Legum Doctoris D. Laurentij dudū Benedicti della Ratta, ſub die 22. Ianuarij anni 1446 ex rogitu Ser Caroli Petri de Brunis Notarij, vt in Prouiſore Ludouici de Tamaratijs Notarii pro primis ſex menſibus.

Pariter de anno 1447 fuit Lector publicus, & legit materiam feudalem, & præcipuè titulum in vſibus feudorum.



Helena ſupradicti quondam Marci de Cignano fuit nupta Chriſtophoro Rainerij de Orettis, & habuit in dotem libras 1400. quod fuit de anno 1466. vt ex rogitu Ser Cæſaris de Panzachijs.



Thaddęa quondam Marci olim Iacobi de Cignano, & Bil'æ de Colpis ducta fuit in Vxorem à Francisco quondam Ser Petri Nicolæ de Albergatis Ciue Bononiæ, Capellæ S. Antonini de Porta Noua, & ipsa habuit in dotem libras mille monetæ currentis, vt liquet ex rogitu Ser Christiani quondam Ser Iacobi de Christianis die Lunæ 20. Aprilis anni 1422. Vide in libro Prouisore Philippi quondam Francisci de Brunis Notarij pro primis sex mensibus.



Dorothea quondam Marci de Cignano coniuncta fuit in Matrimonium cum Doctore Laurentio quondam Benedicti dalla Ratta vt superius dictum est.

Quod Marcus fuerit filius q. Marci olim Iacobi de Cignano elicitur ex Instrumento præsentationis per supradictum Marcum quondam alterius Marci, & alios fratres de Cignano ad Capellaniam S. Mariæ de Annunciata in Diui Tho-

Thomæ de Mercato de Reu. D. Iohanne de Vccello ſub die 25. Auguſti anni 1423. vt conſtat ex rogitu Ser Philippi de Chriſtianis Notarij.



Quod Minerua fuerit filia quondam Marci olim Iacobi de Cignano,& collocata fuerit in Matrimonium cum Gratia quondam Nicolai de Aimericis,deducitnr ex Inſtrumento dotali dictæ Mineruæ ſub die 5. Ianuarij anni 1448. rogato per Ser Franciſcum de Mulettis Not. vt in Prouiſore Cæſaris quondam Bartholomæi olim Ser Beldi de Panzachijs Notarij, & habuit in dotem libras 1200.



Quod Lucretia eſſet filia Marci de Cignano teſtimonium perhibet mandatum procuræ, ex quo etiam dignoſcitur ipſam fuiſse vxorem Excellentiſſimi D. Bartholomæi de Sancto Petro, æditum de anno 1443. vt ex rogitibus Cæſaris de Panzachijs Not.

Ex ſupradicto Eximio Legum Doctore D. Eliſæo Cignano,&

D. Zanna de Bentiuolis ortus est Marcus hoc nomine tertius, vt constat ex appellatione interposita coram Excellentissimo D. Bartholomæo de Herculanis Commissario legati pro hæreditate dicti Marci Elisæi de Cignano sub anno 1458. ex rogitu Ser Ludouici de Panzachijs.

Item probatur eius filiatio ex Instrumento emptionis factæ à Marco quondam D. Legum Doctoris Elisæi de Cignano à Bartholomæa Bargelina de Betusijs sub die 22. Aprilis 1456. ex rogitu Caroli de Brunis Notarij.

Prædictus Iacobus tertius genuit Antonium de anno 1458. & eius filiatio probatur mediantibus pluribus enunciatiuis. Prima elicitur ex Instrumento locationis factæ Antonio quondam Iacobi de Cignano per Iohannem Tentorem sub anno 1488. ex rogitu Achillis de Boue Not. die 28. Nouembris.

Item probatur mediante absolutione facta per Priorem Sanctæ Mariæ Maioris Antonio quondam Iacobi de Cignano sub die 10. Aprilis anni 1469. ex rogitibus Nicolai Beroaldi Not.



Ex supradicto Antonio quondam Iacobi de Cignano, & ex Domina Cecilia quondam Francisci de Odefredis, quam duxit in Vxorem de anno 1481. prodierunt sex filij, omnes masculi.

Quorum primus vt desumitur ex fide Baptismatis fuit Iacobus filius Antonij quondam Iacobi, & eius Vxoris Cecilię

liæ

liæ Capellæ S. Barbatiani, natus die 4. Martij 1482. & baptizatus die 10 eiusdem, Compater fuit Magister Iohannes de Bono, & Ludouicus Baueria, vt in Libro dicti anni fol. 88.



Secundus genitus fuit Iohannes Maria filius Antonij de Cignano, & eius Vxoris Ceciliæ Capellæ S. Barbatiani, natus 5. Maij 1484. & baptizatus die 16. eiusdem, Compater Alexander de Volta, & Ludouicus de Baueria.

Quod dictum magis roboratur ex Instrumento Emptionis, & permutationis factæ inter D. Franciscam quondam Hieronymi de Angelinis Vxorem Iohannis Mariæ Antonij de Cignano ex vna, & ex altera Bartholomæum Rghettinum die 29. Octobris 1513. ex rogitibus Ser Francisci quondam Ser Antonij de Boccadecanibus.

Vlterius verificatur Iohannem Mariam fuisse filium Antonij de Cignano, & in secundis nuptijs habuisse in Vxorem D. Mariam filiam quondam Ser Ludouici de Paleottis, & hoc deducitur ex fideiussione facta per dictum Io: Mariam ad fauorem dictæ Mariæ de Paleottis eius vxoris sub die 17. Martij 1529. ex rogitu Petri de Zanettinis.

Tertio

Tertio, elicitur ex litteris patentibus expeditis fauore Iohannis Mariæ filij Antonij de Cignano, extracti in Vicarium Terræ Ozani, quod Officium ipse consequutus est die 16. Iunij 1524. ex rogitibus Ser Cæsaris de Zoppijs.

Quartò, dictum confirmatur habito respectu, seù consideratis Litteris, seù Patente, expeditis fauore Iohannis Mariæ filij Antonij de Cignano, qui extractus, consequtus est Vicariatum S. Laurentij in Collina die 23. Iunij ex rogitibus Pauli de Bouijs anni 1533.



Tertius genitus fuit Elisæus filius Antonij Iacobi, & eius Vxoris Ceciliæ, Capellæ Sancti Barbatiani, natus die 19. Aprilis 1486. & baptizatus die 25. Compatres D. Antonius de Immola, & D. Achilles de Tuatis.

Secundo probatur Elisæum fuisse filium Antonij de Cignano mediante Instrumento dotali D. Matheæ filiæ D. Vlissis quondam Iohannis de Macinatoribus, & Vxoris dicti Elisæi quondam Antonij confecto sub die 19. Ianuarij 1515. per Iohannem Franciscum quondam Gasparis de Annellis.

Quartus genitus fuit Ludouicus filius Antonii quondam Iacobi, & eius Vxoris Ceciliæ, Capellæ S. Proculi, natus die 15. Septembris, & baptizatus die 21. 1488. Compater Ludouicus Baueria.

Dicta filiatio corroboratur ex Instrumento absolutionis factæ

ctæ per Ludouicum de Rochis ſub die 12. Auguſti 1519. rogato per Matthæum de Gypſo, ibi : Abſoluit, liberauit Ludouicum filium Antonii de Cignano .

Supradictus fuit homo magnæ litteraturæ permanſit diù Romæ, vbi ob incolatum duodecim, & plus annorum effectus eſt Ciuis .

Quintus genitus fuit Alexander, vt probat ſequens fides.

Die 6. Auguſti 1490.

Alexander filius Antonii de Cignano, Capellæ S. Georgii in Poggiale natus die 6. & baptizatus die 16. Auguſti, Compater Nicolaii de Libris .

Primò confirmatur eius filiatio ex Litteris, ſeù Patente Officii Vtilis Podeſtariæ Plumatii, ad quod extractus fuit Alexander filius Antonii de Cignano, & quod conſequutus fuit die primo Iulii 1514.

Item ex ceſſione facta eadem die per Iohannem Cimerium ad fauorem Alexandri Antonii de Cignano Podeſtariæ Plumatij ex rogitu Petri Zanettini .

De anno 1516. fuit Lector publicus Grammaticæ, vt in Rotulo dicti anni in Archiuo Bononiæ in Armario .

Vlterius verificatur ex infra memoranda hiſtoria manuſcripta, quæ conſeruatur, vt dicetur, in Publico Archiuo Bononiæ, dictum Alexndrum etiam legiſſe Inſtitutiones Imperiales magno cum plauſu vix cæpto decimo octauo ſuæ ætatis anno .

Sextus genitus fuit Franciſcus Maria, & hoc depromitur ex ſequenti fide.


Die 25. Auguſti 1492.

Franciſcus Maria filius Antonii Iacobi de Cignano, & Ceciliæ eius Vxoris, de Capella S. Georgii, natus die 25. Auguſti, & baptizatus die 2. Septembris, Compater Magiſter Iohannes de Bono Aromatarius, & Andreas Bidellus.

Ad



Ad quam filiationem comprobandam inducitur Instrumentum promissionis factæ per cōmendabilem mulierem Dominam Lucretiam quondam Laurentii de Dulphis Vxorem olim Alexandri de Siueriis de dando dotem Penthesileæ eius, & dicti Alexandri de Siueriis filiæ, futuræ sponsæ Francisci Mariæ quondam Antonii de Cignano, sub die 30. Iunii 1530. ex rogitu Camilli de Morandis Notarii.



Ex supradictis Elisæo Secundo, & Matthæa de Macinatoribus prodierunt quattuor filii, nempè tres masculi, & vna fœmina, Primogenitus fuit Petrus filius Elisęi Antonii de Cignano, ad quod probandum inducitur Fides Baptismatis, quę est sequens.

Die 22. Februarii 1517.

Petrus Elisæi de Cignano hac die natus, & baptizatus, Compatres fuerunt Magister Bartholomęus de Bologninis, Magister Iohannes Samperius, & Magister Baptista de Vita-


Vitalibus, vt in Libro dicti anni fol. 134. verso.

Secundò probatur Petrum fuisse filium quondam Elisęi de Cignano, & habuisse in Vxorem Luciam quondam Ruffini de Ludoisiis, ex Instrumento emptionis factæ de vna Domo per dictam Luciam Vxorem discreti Viri Magistri Petri Elisæi de Cignano à Pirino quondam Iohannis Marię de Maiis, ex rogitu Oldradi Iohannis de Garganellis, sub die 16. Aprilis 1558.

Item ex Testamento D, Lucię quondam Ruffini de Ludoisijs Vxoris Magistri Petri de Cignano sub die 21. Octobris 1593. ex rogitu Horatii de Casariis.

Quartò confirmatur ex enunciatiua inserta in Instrumento cessionis factę per Petrum Elisęi de Cignano Mattheę de Macinatoribus eius Matri sub die 1. Februarii 1574. ex rogitu Siluestri Marchetti alias Fasanini.

Quintò probatur Petrum fuisse filium Elisęi de Cignano ex Instrumento Transactionis facto inter Angelum de Vandutiis ex vna, Petrum quondam Elisęi de Cignano ex altera sub die 22. Octobris anni 1587. ex rogitibus Ser Hieronymi de Muschis Not.



Alter filius fuit Iohannes Paulus filius Elisæi de Cignano.

Prima probatio elicitur ex Inſtrumentò dotis D. Iuliæ de Siueriis, aliàs de Maddalenis, Vxoris D.Iohannis Pauli filii olim Eliſæi de Cignano ſub die 6. menſis Maii 1558. rogato per Ser Laurentium de Chiochis.

Secunda probatio oritur ex Inſtrumento dotali D. Margheritæ D. Herculis quondam Alexandri de Nobilibus Sponſæ,& futuræ Vxoris D.Iohannis Pauli quondam Eliſæi de Cignanis rogato ſub die 5. Iannuarii 1587. per Ser Camillum de Bonamicis Notarium, & ſic conſtat ipſum Iohannem Paulum in ſecundis nuptiis habuiſſe in Vxorem D. Magdalenam de Nobilibus.

Tertia probatio deſumitur ex inſtrumento ttranſactionis factæ inter Iohannem Paulum quondam Eliſæi de Cignano, & Margheritam Herculis de Nobilibus eius Vxorem ex vna, & Iohannem de Orgio ex altera ſub die 17. Februarij 1604. ex rogitu Ser Hieronymi de Telijs.

Quartò probatur Iohannem Paulum fuiſſe filium Eliſæi ex inſtrumento abſolutionis factæ per Iohannem Paulum filium quondam Eliſæi de Cignano Antonio Mariæ de Cignano ſub die 14. Iulij 1573. ex rogitu Caroli de Orabonis.

Tertius genitus fuit Io: Baptiſta, de hoc fidele eſt teſtimonium ſequens fides.

Die 6. Ianuarii 1521.

Io: Baptiſta filius Eliſæi de Cignano natus die 30. Decembris 1620. & baptizatus die, quo ſupra, Compatres fuerunt D. Camilla vxor olim Iohannis Mariæ de Caxio, & N. N. vt in libro dicti anni 1520. 21. & 22. fol. 90.

Quarta genita fuit Helena, vt ſequens fides docet.

Die 22. Martii 1522.

Edita eſt in lucem Helena filia Eliſæi de Cignano, & eadem die ſuſcepta eſt ad Sacrum Fontem per Magiſtrum Camillum,& Mariam Zanellam Iacobi, vt libro ſuprad. anni fol. 262.

Ex



Ex ſupradicto Iohanne Maria ſecundo genito Antonij Iacobi de Cignano prodierunt ſex filij, quorum primus fuit Hieronymus, quod dictum primo probatur per fidem Baptiſmatis, quæ eſt ſequens.

Die 13. Septembris 1515.

Hieronymus filius Io: Mariæ de Cignano Capellæ Sancti Andreæ de Anſaldis baptizatus die quo ſupra, Compatres fuerunt Antonius de Sancto Petro, & Thomas de Ballis.

Ad quod comprobandum in primis inducuntur litteræ Patentes expeditæ ad fauorem Hieronymi filij Io: Mariæ de Cignano de Capitaneatu Terræ Saxionis, ſub die 23. Decembris 1566. ex rogitu Ser Vincentij de Gandulphis.

Secundò fides adminiculatur ex teſtamento facto ſub die 3. Iulij 1583. per Hieronymum filium quondam Io: Mariæ de Cignano Ciuem Bononiæ, in quo quidem Teſtamento vltra alia legata reliquit RR. Patribus S. Dominici libras 25. obligando eos ad Anniuerſarium pro ſe, & Familia ſua. Item Societati Sancti Dominici Ciuitatis Bononiæ reliquit alias libras 25. expendendas in Ancona cum conditione, quod apponantur eius Arma. In omnibus alijs ſuis bonis tàm mobilibus, quàm immobilibus ſuos hæredes pro tertia parte Antonium Mariam eius fratrem, pro alia tertia parte D. Ludouicum ſimiliter eius fratrem, & pro altera tertia parte Iohannem Mariam quondam D. Dominici de Cignanis ex fratre nepotem, vt

constat ex rogitu Ser Alphonsi de Fontanellis Notarij.

Item constat Hieronymum fuisse filium Iohannis Mariæ de Cignano ex Instrumento locationis factæ per Hieronymum quondam Iohannis Mariæ de Cignano, Alberto de Albertinis sub die 10. Iulij 1545. ex rogitu Antonij Stancarij.

Item ex Instrumento francationis in quo dictus Hieronymus quondam Iohannis Mariæ de Cignano francat à D. Maria de Cignanis ex rogitu Ser Alphonsi de Gambarinis sub die 31. Decembris 1561.

Item ex alio Instrumento absolutionis factæ per dictam D. Mariam de Cignanis D. Hieronymo quondam Io: Mariæ de Cignano sub die 31. Iunij 1582. ex rogitu supradicti Ser Alphonsi de Gambarinis.

Vltimò probatur non solum filiatio dicti Hieronymi, sed etiam matrimonium contractum cum D. Helena de Podestis aliàs della Marchesa, ex Instrumento rogato per Guidonem de Pinellis Notarium sub die 7. Iunij 1582.



Secundus genitus fuit Dominicus, & hæc probatio depromitur ex sequentibus.

Die 22. Martij 1519,

Dominicus filius Io: Mariæ de Cignano Capellæ S. Iacobi de Carbonensibus, qui ortus fuit die quo supra, Compatres

tres fuerunt Antonius de Sancto Petro , & D. Ancilia de Rusticellis cum nomine Dei , vt in libro dicti anni fol. 257.

Quæ fides Baptismalis adminiculat Instrumentum locationis factæ D. Dominico quondam D. Io: Mariæ de Cignanis per D. Scipionem de Bargellinis sub die 15. Nouembris 1554. ex rogitu Georgii de Aguchiis.

Paritèr corroboratur ex Instrumento dotali Franciscæ filiæ quondam Dominici de Cignano neptis ex fratre discreti Viri D. Antonij Mariæ , quondam Io: Mariæ de Cignanis ad quem aliàs peruenerunt libræ 250. bonenorum monetæ currentis per ipsum habitæ, spectantes ad infrascriptos DD. Franciscam, & Io: Mariam iuniorem eius nepotes , de pecunijs dotalibus olim D. Constantiæ quondam eximii Viri D. Petri de Blanconibus, matris dictorum Franciscæ, & Iohannis Mariæ , & Vxoris dicti quondam D. Domimici, quo quidem Instrumento probatur Matrimonium inter dictum Dominicum, & Constantiam de Blanconibus, vt liquet ex rogitibus Pauli de Stancarijs Not. sub die 11. Februarii 1576.

Item inducitur Instrumentum dotale D. Constantiæ filiæ quondam D. Petri de Blanconibus , ibi collocauit Dominam Constantiam dicti quondam D. Petri de Blanconibus filiam discreto Viro D. Dominico quondam Iohannis Mariæ de Cignanis Ciui Bononiæ , & pro dotæ , & dotis nomine dictæ D. Constantiæ , vt constat ex rogitu Rodaldi de Rodaldis Not. sub die 17. mensis Deeembris anni 1547.

Vlterius dictum Matrimonium confirmatur attento Instrumento francationis , & permutationis secutæ de anno 1559. inter commendabilem mulierem D. Constantiam de Blanconibus Vxorem spectabilis Viri D. Dominici filij olim D. Iohannis Mariæ de Cignanis, & generosum Virum D. Scipionem de Bargellinis , ex rogitu Ser Andreæ de Mamelinis.

Tertius genitus fuit Antonius Maria filius Io: Mariæ de Cignano, ad quod probandum inducuntur Litteræ Patentes expeditæ ad fauorem Antonij Mariæ quondam Iohannis Mariæ de Cignano extracti in Vicarium Terræ Saxi Nigri sub die 20. Iunij 1548. ex rogitu Gasparis de Merighis.

Secundò eius filiatio probatur ex ipsius Testamento, ex quo deducitur Antonium Mariam fuisse filium quondam Io: Mariæ de Cignano, & consequenter fratrem D. Hieronymi de Cignano, & præmissis diuersis legatis instituit hæredem vniuersalem dictum D. Hieronymum suum fratrem sub die 18. Nouembris 1585. ex rogitibus Ser Bonfij de Bonfijs Not.

Tertiò, eius filiatio confirmationem recipit ex Instrumento retroemptionis factæ per D. Antonium Mariam quondam Io: Mariæ de Cignano à Iohanne Paulo quondam D. Elisæi pariter de Cignano sub die 23. Februarij 1571 ex rogitu Ser Pauli de Stancarijs.



Quartus genitus fuit Ludouicus filius D. Iohannis Mariæ ad quod probandum sequentia inducuntur.

Prima enim probatio deducitur ex Instrumento ratificationis

tionis

tionis factæ per Hippolytam de Iachinis ſub die vltima Iunii 1547. ad fauorem D. Ludouici filii Iohannis Mariæ de Cignanis ex rogitu Ser Annibalis de Rusticellis.

Secundò, eius filiatio comprobatur ab Instrumento abſolutionis dotis D. Iudith filiæ q. D. Iohannis Baptistæ de Illarijs factæ per Ludouicum quōdam Iohannis Mariæ de Cignanis eius Virum, & Patrem Caſſandræ eorundem Dominorum Ludouici, & Iudith filiæ, ex rogitu D. Ludouici de Mamellinis ſub die 16. Nouembris, anni 1574.

Tertia probatio filiationis deducitur ex Teſtamento egtegii Viri D. Ludouici filii olim Iohannis Mariæ de Cignanis rogato per Scipionem Caſarium Notarium ſub die 25. Aprilis 1579. in quo instituit hæredem D. Flaminiam quondam Altobelli de Serrenis, alias de Organis eius Vxorem, ex quibus duobus Inſtrumentis clarè patet diuerſis temporibus habuiſſe duas Vxores, videlicet; Primam de Illariis, alteram de Serenis, alias de Organis.

De hoc Ludouico in publico Archiuo Bononiæ conſeruatur memoriale, ſeù Hiſtoria Manuſcripta ab ipſo circa ſuam Familiam, quæ ſolum commemorat facta ab anno 1400. vſque ad annum 1580. circiter.

Vlterius Donauit publicis Torcularibus librum cum ſequenti inſcriptione. *Quieta Solitudine di diuerſi Diſcorſi, e Concetti, Dedicati all'Eccellentiſſimo Sig Luigi Scappi del* 1587; *Stampato in Bologna per Aleſſandro Benacci*.

Quinta genita fuit Vincentia, & hoc deſumitur ex ſequenti fide.

Vincentia filia Iohannis Mariæ de Cignano, & D. Franciſcæ eius Vxoris Capellæ Sancti Damiani, Baptizata fuit die 30. eiuſdem. Compatres fuerunt Eliſæus de Gyplo, & Franciſcus de Cento.

Sextus genitus fuit Paulus, & hoc elicitur ex ſequenti fide.

Die 25. Martij 1525.

Paulus Iohannis Mariæ de Cignanis natus, & ad laudem Dei leua-

leuatus fuit ad Sacrum Fontem per D. Canzeneuam Medam, & Ser Ludouicum de Muglio, die quo ſupra.

Ex ſupradicto Franciſco Maria quondam Antonii, dudum Iacobi de Cignano, & Pentheſilea Alexandri de Siuerijs, deſcenderunt tres filii, ſcilicet, vnus maſculus, & duæ fæminæ.

Primogenitus fuit Iulius Cæſar ſupradictorum filius, ad quam filiationem probandam. Primò adduco Librum Congregationis Canonicorum Regularium Sanctiſſimi Saluatoris coopertum corio rubro, cum tribus ligaturis, ſiue corrigijs, cartarum 141. In quo quidem libro deſcripta ſunt nomina, & cognomina eorum, qui Congregationem prædictam ingreſſi fuerunt ab anno 1476. vſque ad 1560 Eorumque Profeſſiones, & præcipuè fol. 59. ibi: Frater Caſſiodorus de Bononia, qui in ſæculo vocabatur Iulius Cæſar quondam Franciſci Mariæ de Cignanis, ſuſceptus fuit ad habitum Clericorum noſtræ Congregationis à Reuerendo Patre Fratre Angelico Bononien. huius Monaſterii Priore, die 28. Auguſti 1552.



Prædictus Frater Caſſiodorus fecit renunciationem ad fauorem Matris, & Sororũ, & poſtea ſolemnem Profeſſionẽ, de quibus omnibus publicæ extant Tabulæ rogatæ ſub die 28. Auguſti anni 1553. per Ser Priamum Bailardum Notarium.

Vlterius

Vlterius elicitur ex duobus aliis libris dicti Monasterii dignitas Sacerdotalis, posteà mors supradicti in Religione ibi: Die 5. Aprilis anni 1594. Obiit D. Cassiodorus de Cignanis Bononiensis Sacerdos.



Secundò genita fuit Laura Francisci Mariæ de Cignanis, ad quam filiationem probandam.

Primò inducitur Instrumentum procuræ factæ per Lauram Francisci Mariæ de Cignanis de anno 1579. ex rogitu Iohannis de Pachionis Not.

Item ex Instrumento dotali D. Lauræ dignoscitur ipsam fuisse filiam Francisci Mariæ de Cignanis, & Vxorem generosi Viri D. Laurentii de Solimanis, de anno 1588. ex rogitibus Homeri Pasolini Not.

Tertiò, & vltimò eius filiatio remanet probata ex Instrumẽto absolutionis factæ Siluio de Pasijs per DD. Penthesileam Vxorem quondam spectabilis Viri Francisci Mariæ de Cignanis, & Lauram supradictorum filiam, & Vxorem D. Laurentii de Solimanis, vt die 9. Decembris 1580. ex rogitibus Ser Hieronymi de Caccianemicis.

Tertiò genita fuit Camilla filia Francisci Mariæ de Cignanis, ad quod probandum inducitur eius Testamentum, ibi: Considerans spectabilis iuuenis D. Camilla filia quondam Francisci Mariæ de Cignanis, vt constat ex rogitibus Ser Vincentii de Stancariis sub die 12. Septemb. 1577. in quo instituit hæredem Siluium de Pasijs, seù de Pacibus.

Ex ſupradicto Iohanne Paulo de Cignanis deſcenderunt duo filii maſculi, quorum Primus, vt deducitur ex ipſius fide baptiſmali, quæ eſt ſequens fuit Iulius Cęſar.

Die 14. Aprilis 1559.

Iulius Cęſar filius Iohannis Pauli de Cignanis baptizatus die quo ſupra, Compatres Domini Nicolaus de Coltello, & Bonifatius de Mediolano, vt in libro dicti anni fol. 113.



Secundus genitus fuit Antonius Eliſęus, vt teſtatur ſequens fides.

Die 3. Octobris 1570.

Antonius Eliſęus filius Iohannis Pauli de Cignanis, & Iuliæ eius Vxoris Capellę Sancti Leonardi, baptizatus die ſuperiori, Comp. D. Antonius de Bindis, & D. Cęſar de Magonis, vt in libro annorum 1569. & 1570. fol. 183.

Quę fides adminiculatur ex ſequenti Inſtrumento, quòd clarè docet Antonium Eliſæum fuiſſe filium D. Io: Pauli de Cignanis, & Virum D. Helenæ filię D. Herculis quondam Alexandri de Nobilibus, ibi: Et reſpectu dictę D. Helenę ſponſę, & futurę Vxoris dicti Antonii Eliſæi eiuſdem D. Io: Pauli de Cignanis filij, vt ex Inſtrumento dotali dictæ D. Helenæ, rogato ſub die 5. Ianuarij 1587. per Ser Camillum de Bonamicis Not.

Ex



Ex ſupradicto Petro quondam Eliſęi, dudum Antonij de Cignano, & Domina Lucia de Ludouisijs procreati fuerunt quinque filij, quorum primus fuit Lucretia, vt patet ex infraſcriptis.

Die 26. Auguſti 1545.

Lucretia filia D. Petri de Cignano, & eius Vxoris D. Lucię baptizata, vt ſupra, Compatres Matthęus de Zannis, & D. Federicus Ghislerius in libro dicti anni fol. 114.

Supradicta fides, vim recipit ex ſequenti Teſtamento rogato per Camillum Petri de Bonamicis Notarium ſub die 3. Maij 1575. ibi: Conſiderans prudens Mulier D. Lucretia filia Mag. D. Petri de Cignano, & vxor Iohannis Matthęi del Cizza.

Secundus genitus fuit Iulius Cęſar ad quod probandum ſequentia inducuntur.

Die 11. Ianuarii 1554.

Iulius Cęſar filius Magiſtri Petri Liſęi de Cignano baptizatus die quo ſupra, Compater Andreas Sigiſmundi de Bucchis.

Quæ quidem filiatio coroboratur Inſtrumento dotali D. Iuniperę Pompei de Rondis Vxoris Iulij Cęſaris filii D. Petri de Cignano rogato ſub die 19. Septembris anni 1592. per Ser Camillum de Bonamicis Notarium, ex quo quidem Inſtrumento infertur D. Iulium Cæſarem in primis nuptijs habuiſſe in Vxorem ſupradictam D. Iuniperam de Rondis.


 Se-



Secunda filiationis probatio deducitur ex Teſtamento per eundemmet Iulium Cæſarem facto ſub die 8. Aprilis 1609. ex rogitu Pompei, olim Bernardi de Vitalibus, ibi. Conſiderans prudens Vir D. Iulius Cæſar quondam Domini Petri de Cignanis: In quo quidem Teſtamento inſtituit hæredem Pompeium eius filium legitimum, & naturalem. Infertur etiam ex dicto Teſtamento habuiſſe in ſecundis nuptijs in Vxorem D. Luciam quondam D. Vincentij de Panzettis, cui ipſe teſtator vltra ſuas dotes reliquit vſumfructum ſuorum bonorum.

Tertiò probatur eius filiatio ex enunciatiua inſerta in Inſtrumento tranſactionis initæ inter Iohannem de Futijs, & Iulium Cæſarem Petri quondam Eliſæi de Cignano ex vna parte, & ex altera Leonardum de Sancto Petro, ex rogitibus Ser Hermetis Chartarij. die tertia Septembris anni 1558.

Supradictus Iulius Cæſar obijt de anno 1609.



Tertiò genita fuit Laura, ad quod probandum inducitur sequens fides baptiſmatis.

Die 22. Nouembris 1559.

Laura filia Petri Eliſæi de Cignano baptizata die, quo ſupra. Compatres D. Bernardinus Balzanus, & D. Io: Petrus de Notarijs, vt in Libro dicti anni fol 186.

Primò adminiculando ſupradictam fidem probatur D. Lauram fuiſſe procreatam à Petro quondam D. Eliſæi de Cignano, & à Lucia quondam D. Ruffini de Lodoisijs & habuiſſe in eius Virum D. Herculem Ghedinum, & hoc deſumitur ex legato ipſi Lauræ facto per eius Matrem in ſuo Teſtamento confecto de anno 1593. ſub die 21. Octobris, ac rogato per Ser Horatium quondam Lazari de Caſarijs.

Item dictum confirmatur ex Inſtrumento dotali Lauræ filiæ legitimæ, & naturalis D. Petri, olim Eliſæi de Cignano futuræ Vxoris Herculis D. Annibalis de Ghedinis confecto ſub die 8. Martij 1584. ex rogitu Ser Camilli de Bonamicis.

Quartò genita fuit D. Iulia filia D. Petri de Cignano, & D. Luciæ de Lodoisijs.

Quod



Quod probatur mediante Instrumento dotali D. Iuliæ prædictæ, ibi: In dotem, & pro dote prudentis iuuenis D. Iuliæ filiæ legitimæ, & naturalis dictorum Coniugum Petri, & Luciæ, ac Sponsæ, & futuræ Vxoris Magnifici D. Blasij quondam D. Annibalis de Becchettis, rogato sub die 27. Septembris 1585. per Ser Camillum olim Petri Mariæ de Bonamicis.

Quintus genitus fuit Franciscus ad quod probandum inducitur supradicta vltima voluntas D. Luciæ de Lodoisijs Vxoris dicti D. Petri quondam Elisæi de Cignanis, & consequenter Matris dicti Francisci, ibi: Quod si R. D. Franciscus de Cignanis alius ipsius Testatricis nollet prosequi in Religione Iesuitarum, in qua de præsenti reperitur, quod tali casu, & non aliter, ità tamen quod aliam Religionem non ingrediatur, possit habere medietatem omnium, & quorumcumque bonorum ipsius Dominæ Testatricis ex Instrumento rogato per Ser Horatium Casarium sub die 21. Octobris 1593.

Ex supradicto Hieronymo quondam Iohannis Mariæ de Cignanis, & dicta Helena de Podestis, alias de Marchesia procreatus fuit Antonius de Cignano, ad quod probandum inducuntur duo Instrumenta.

Primum est venditionis factæ per D. Antonium quondam D. Hieronymi olim Iohannis Mariæ de Cignanis, Iohanni Ma-

Mariæ de Auantijs ſub die 7. Iunij 1589. ex rogitibus Ser Pompilij de Bartolerijs Ciuis, & Not. Bononię.

Alterum eſt tranſactionis ſecutæ inter DD. Hippolytam de Groſſis Vxorem D. Antonij de Cignanis, & alios de Cignanis ex vna parte, & ex altera D. Iohannem de Orgio, ibi, & e conuerſo: Cum D. Iohannes de Orgio hæres prędictus: allegauerit ſe eſſe vaxatum à D. Hippolyta de Groſſis Vxore D. Antonij de Cignanis prætendente habere hyppotecatam Domum venditam pro reſtitutione ſuarum dotium, &c. vt conſtat ex rogitibus D. Hieronymi de Telijs Not. ſub die 17. Februarij 1604.



Ex ſupradicto Ludouico de Cignanis, & D. Iudith de Illarijs orta eſt Caſſandra, & hoc verificatur ex ſequenti fide.

Die 10. Auguſti 1574.

Caſſandra filia D. Ludouici Cignani, & Iudith eius Vxoris Capellæ S. Blaſij, nata die 9. & baptizata die, quo ſupra, hora 20. Compater D. Oratius Zanchinus, & D. Lucretia Melantia, vt in Libro dicti anni fol. 84. verſo.


Ex ſupradictis DD. Dominico de Cignanis, & Coſtantia de Blanconibus prodiere quatuor filij, nempè vnus maſculus, & tres fœminæ.

Prima genita fuit Franciſca, & id verificatur ex ſequenti fide Baptiſmatis.

Die

Die 23. Octobris 1548.

Franciſca filia Dominici de Cignano baptizata die, quo ſupra, Compater D. Antonius Foiata, & Bartholomæus Iacobi de Rotis, vt in Libro dicti anni fol. 60. verſo.



Secundò eius filiatio remanet probata ex legato, dictæ Franciſcæ facto per egregium Virum D. Ludouicum filium quondam D. Ioannis Mariæ de Cignanis, in ſuo vltimo Teſtamento, ibi: Item iure legati, & inſtitutionis, ac aliàs omni meliori modo reliquit D. Franciſcæ filiæ quondam D. Dominici de Cignanis, fratris dicti Teſtatoris, & ſic eiuſdem nepti libras quinquaginta, vt conſtat ex rogitu D. Scipionis de Caſarijs Ciuis, & Not. Bononiæ ſub die 25. Aprilis 1579.

Tertio, & vltimo comprobatur eius filiatio ex Inſtrumento dotali dictæ Dominæ Franciſcæ, rogato ſub die 11. Februarij 1576. per Ser Paulum de Stancariis, ibi: Concluſum fuit Matrimonium inter honeſtam, & pudicam domicellam Dominam Franciſcam filiam quondam Domini Dominici de Cignanis, & diſcretum Virum Dominum Iohannem Baptiſtam quondam Antonij de Stachis Bononiæ Ciuem.

Secundus



Secundus genitus fuit Iohannes Maria filius D. Dominici de Cignanis natus, & baptizatus die quo ſupra, Compater Iordanus de Zibettis, & D. Marià Vxor Ludouici,

Hæc fides adminiculatur ex ſequentibus.

Et primò ex Inſtrumento dotali D. Franciſcæ filiæ quondam D. Alexandri de Guidettis, Viduæ per mortem D. Gherardi de Leſcanis,& ad preſens Vxoris D. Iohannis Mariæ quondam D. Dominici de Cignanis ex rogitu Guidonis Aſcanii de Zocchinis Notarii ſub die 9. Ianuarij 1604.

Item hoc verificatur ex litteris, ſeù patente expedita ſub die 21. Ianuarij 1583. ad fauorem Iohannis Mariæ filij quondam D. Dominici de Cignanis extracti ad Officium Superſtitis Portarum Bononiæ ex rogitu Aſtorgii de Matthesilanis Notarij Reformationum.

Vlteriùs probatur Ioannem Mariam fuiſſe filium D. Dominici de Cignanis ex ipſius Teſtamento facto ſub die 13. Martii anni 1624. & rogato per Thomam de Maurinis, in quo præmiſſis diuerſis legatis tàm pijs, quàm prophanis,& præcipuè ad fauorem D. Franciſcæ filiæ ſupradicti quondam D. Alexandri de Guidettis eius Vxoris. In omnibus ſuis bonis mobilibus, & immobilibus hæredes vniuerſales, inſtituit, & eſſe voluit DD. Vincentium Mariam, & Carolum eius, & dictæ D. Franciſcæ filios legitimos, & naturales.

Tertiò genita fuit D. Clarice ad quod authenticandum inducitur ſequens fides.

Die 16. Decembris 1557.

Clarice filia D. Dominici de Cignano baptizata die quo ſupra, Compater Magiſter Alexander Tiraloro, & Domina Caſſandra Vxor D. Alphonſi de Zannis, vt in libro ſupradicti anni fol: 156.



Quartò genita fuit Magdalena, cuius filiationis probatio deducitur ex eius Inſtrumento dotali, ex quo etiam apparet fuiſſe Vxorem prouidi Viri D. Iohannis quondam D. Martini de Prato Ianuenſis, ex notis, & rogitibus Ser Caroli Antonij quondam Io: Ftanciſci de Manzinis Ciuis. & Notarij Bononiæ ſub die 30. Auguſti anni 1559.

Ex ſupradicto Iulio Cæſare de Cignanis, & D. Iunipera de Rondis ortus fuit Pompeius, ad quod probandum primò inducitur fides baptiſmalis quæ eſt ſequens.

Die 29. Aprilis 1592.

Pompeius filius D. Iulij Cæſaris de Cignanis, & D. Iuniperæ eius Vxoris natus heri 28. huius in Capella S. Barbatiani, baptizatus die quo ſuprà, Compater D. Nicolaus Poggius, Dominus Virginius Gozzadinus, & Domina Sophia de Borſellis.

Secundò probatur eius filiatio mediantibus probationibus dedu-

deductis ex processu Notariatus fabricato de anno 1610. die 13. Februarij, & ex sententia rogata per DD. Ser Camillum de Masinis, & Iulium Beliossum Not.

De anno 1612. die 14. Augusti Dominus Pompeius filius Domini Iulij Cæsaris de Cignanis, matriculatus fuit à Domino Muzzarello Cuzzano Not. & Præside Archiuij Bononiæ, vt in Matricula Notariorum fol. 51. verso. In dicto Processu multa reperiuntur registrata, quæ manifestant antiquitatem, & prærogatiuas huius familiæ.



Dominus Pompeius in primis nuptijs habuit in Vxorem Domina Helisaberh de Mingantibus, & quia non inueni eius instrumentum dotale, loco illius induxi fidem Baptismatis Maphæi supradictorum filij, ex qua dictum confirmabitur, & ipsa fides registrabitur infra.

Quarta probatio deducitur ex Instrumento dotalis assignationis factæ per Dominam Victoriam filiam D. Io: Galeatij de Orlandis, discreto Viro D. Pompeio filio Domini Iulii Cæsaris de Cignanis, eius viro, rogato sub die 30. Septembris 1620. per Ser Petrum de Sacchis Not.

Quinta probatio elicitur ex Instrumento dotali D. Magda-

lenæ filiæ **Domini Thomæ de Quainis, Vxoris Magnifici** Domini Pompeii quondam Iulij Cæsaris de Cignanis, rogato de anno 1629. sub die 21. Maij per Ser Alexandrum de Manginis Notarium, ex quo dignoscitur in tertijs nuptijs habuisse in Vxorem supradictam D. Magdalenam de Quainis.

Sextò, eius filiatio corroboratur ex litteris, & Patente expedita sub die 29. mensis Iulii 1641. per Ser Paulum de Abello Notarium ad fauorem Pompeii filii quondam Iulij Cęsaris de Cignanis, qui extractus fuerat ad Offitium Notariatus Defensoris Haueris.

Septimò dicta filiatio probatur mediantibus litteris, seù Patente expeditis sub die 1. Februarij anni 1647. per Acta Alberti de Rabbijs Not. Reformationum ad fauorem Ser Pompeii filij Iulij Cæsaris de Cignanis, qui extractus fuerat ad Officium Vicariatus Castri Britonum.

Octauò, crescit oratio ad probandam eius filiationem, & hæc desumitur ex litteris, & Patente expeditis ad fauorem supradicti Pompeii, ibi: Dilecto nobis Ser Pompeio filio Iulij Cæsaris de Cignanis Ciui, & Notario extracto in vnum ex Notariis DD. de Collegio, vt die 23. Iulii 1656. ex rogitu Ser Seraphini de Seraphinis Not.

Nonò, eius filiatio remanet probata ex antedicto Testamento olìm D. Iulij Cæsaris dudùm Petri de Cignanis, ibi: In omnibus alijs suis bonis, &c. instituit, & esse voluit D. Pompeium de Cignanis eius filium legitimum, & nàturalem, vt constat ex antedicto rogitu Ser Pompeij de Vitalibus.

Decimò, & vltimò probatur Dominum Pompeium filium quondam Domini Iulii Cæsaris de Cignanis fuisse Correctorem DD. Notariorum quarto trimestre anni 1655. Primo trimestre 1663. Et secundo trimestre 1667. quæ probationes registratæ sunt in libris Illustrissimorum DD. Tribu-

Tribunorum Plebis, & in Libris, & Matriculis DD. Notariorum de Collegio.

Tandem fuit Vir integerrimus, ſapiens, prudens, ac in multis, & præcipuè in arte Notaria nemini ſecundus:



Ex ſupradicto Ioanne Maria de Cignanis, & D. Franciſca de Guidettis Coniugibus prodierunt quatuor filij. Quorum primus fuit Vincentius Maria, ad quod probandum inducitur ſequens fides Baptiſmatis.

Die 9. Aprilis 1608.

Vincentius Maria filius Ioannis Mariæ de Cignanis, & Franciſcæ eius Vxoris natus die 6. huius in Capella S. Laurentii Portæ Sterii, baptizatus, vt ſupra, Compater Illuſtriſs. D. Hercules de Felicinis, & Mag. D. Victoria de Marinis, vt in libris dicti anni 1608. fol 53.

Primò, adminiculatur fides probando eius filiationem mediante Inſtrumento tranſactionis ſecutæ inter D. Vincentium Mariam filium Ioannis Mariæ de Cignanis, & Dominam Franciſcam de Guidettis eius Matrem ex vna parte, & ex altera Horatium de Montecaluis ex rogitu Laurentii de Marianis ſub die 22. Aprilis anni 1638.

Secunda adminiculatio, ſeù probatio deducitur ex Inſtrumento dotali D. Sanctæ filiæ quondam D. Ludouici de Creſcentiis rogato per D. Ioannem de Riciis Notarium

rium sub die 9. Nouembris 1641. ibi: Cum Deo dante, &c. fuerit conclusum Matrimonium inter honestam iuuenem D. Sanctam quondam Domini Ludouici de Crescentiis, & prouidum Virum D. Vincētium Mariam filium quondam D. Ioannis Mariæ de Cignanis, &c. Ex quibus verbis patet non solum supradictum Vincentium Mariam fuisse filium legitimum, & naturalem quondam Domini Ioannis Mariæ, sed etiam ipsum fuisse maritum supradictæ D. Sanctæ de Crescentiis.

Secundus genitus fuit Carolus, & hoc deducitur ex sequenti fide baptismali.

Die 10. Aprilis 1611.

Carolus filius Ioannis Mariæ de Cignanis, & Dominæ Franciscæ eius Vxoris natus die 9. huius, & baptizatus die quo supra Compater Illustris D. Valerius de Fasaninis, & Illustriss. D. Isabella de Maluaticeis. Hic ab adolescentia sua deditus fuit exercitio militari, quod deducitur ex patentibus, quæ compendiosè hìc infrà ponuntur, & primò.

1646. 16. Iulii ex commissione Illustriss. & Excellentiss. Domini Ioannis Antonii Zeni Prouisoris Generalis Palmæ Nouæ facta Carolo Cignano ferendi pecunias Musculum eundi in Dalmatiam cum sua centuria, dum erat Signifer.

1647. 23. Octobris ex militiæ donatu Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Baronis Engelfelcch Gubernatoris Generalis Armorum pro Serenissima Venetiarum Republica, ex quo deducitur Carolum interfuisse expugnationi Nadim, & Vranæ Ciuitatum Turcarum, & in obsidione Sebenici defendisse muralis fossæ exteriorem loricam, & Glaream Portus Sancti Ioannis in Offitio Signiferi Columnellæ Capræ Peditum Vltramontanorum.

1648. 1. Iulii ex Patentibus Illustrissimi, & Excellentissimi Aloysij Cochi Prouisoris Extraordinariis Spalatri, &

Tragu-

Tragurii, ac ſuarum ditionum, elicitur fuiſſe admiſsum ad gradum Capitanei Tenentis Columnellæ Capræ ſupradictæ.

1648. 18. Octobris ex ſtipendio benemerito Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Prouiſoris Corio dignoſcitur dictum Cignanum interueniſſe deditioni Salonæ, poſtea fuiſſe deputatum in variis occaſionibus Gubernio Caſtri Saruias cum cohorte ſua tempore, quo expectabatur Hoſtis, ac non ſolum defendiſſe Salonæ vallum, verùm etiàm reieciſſe pluries Turcbas, fortiterque ſe geſſiſſe in deditione Cliſſæ Sereniſſimæ Reipublicæ.

1649. 23. Martii. Mandatum Illuſtriſsimi, & Excellentiſſimi Domini Ioannis Baptiſtæ Benzoni Prouiſoris extraordinarii ſe transferendi in Epirum cum ſuis Copiis Militum propter grauiora.

1649. 30. Aprilis. Militiæ Donum Illuſtriſsimi, & Excellentiſſimi Domini Marii Bembi Prouiſoris Cliſsæ, dùm dictus Carolus viſus fuit cum Turcis pugnam committere, ità vt eos coegerit, vt loco cederent.

1649. 6. Octobris. Teſtificatio Illuſtriſsimi, & Excellentiſſimi D. Bertoni Militum Tribuni, & Cliſſæ Gubernatoris pro bono opere Caroli pręſtito in expeditione Zamonici, & Vranæ, ac in recuperatione Nouigradi, & quià ipſe Cignanus repulerat Hoſtem, qui decreuerat auxiliari Cliſſæ.

1649. 25. Octobris. Litteræ Patentes Illuſtriſsimi, & Excellentiſsimi Domini Ioannis Franciſci Georgii Prouiſoris Generalis Equitatus Dalmatiæ, & Albaniæ, dum teſtantur Carolum tunc Vexiliferum reieciſſe Turcas magna cum ipſorum nece, cum Boſſinæ Purpuratus tentauerit maximo militum numero Cliſſæ Arci auxiliari.

1649. 19. Decembris. Mandatum Illuſtriſſimi Co: Henrici Caprę Ducis, & Chiliarchi, qui poſteà fuit Armorum Imperator Carolo eligendi ducentos ſtrenuos pedites Vltramontanos.

1650.

1650. 12. Maii. Iussio Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Michaelis Malipieri Prouisoris Extraordinarii, Capitaneo Carolo Cignano eundi ad custodiam Vragnizzi cum Turmis Columnella Capræ, & Maioris Firgerii Peditum Vltramontanorum concedens ipsi imperium supradictarum duarum cohortium, & Nauium armatarum, quæ assistebant illi custodiæ, ac etiam Turmarum D. Gubernatoris Ianci, & casu quo ab Hostibus peteretur, deberet se (vti res postularent) gerere pro bono publico.

1650. die 15. 17. 18. 24. 27. & 28. Maii. Diuersa mandata Illustriss. & Excellentissimi Domini Prouisoris Malipieri Capitaneo Tenenti Cignano pro adeptorum conseruatione.

1650. 16. Iulii. Litteræ Illustrissimi, & Excellentiss. Poli Boldù Prouisoris Clissæ Carolo Capitaneo Tenenti Cignano in defensionem non solum Vrauizzæ ab hoste; verùm etiàm à morbo epidemico tantùm mille passibus distante.

1650. 3. Septemb. Aliud mandatum Excellentiss. Malipieri Capitaneo Tenenti Cignano, vt se denuo conferet Vrauizzam, ad ipsum locum defendendum cum militum sclopetariorum manu, & Nauibus armatis dum Bossinæ Bassa expectaretur cum tormẽtis bellicis supradictum locum destructurus, in quo reperiebantur Morlachi, qui se Serenissimæ Venetiarum Reipublicæ dederant.

1650. 14. & 24. Septembris, Diuersi ordines, seù mandata Excellentissimi Prouisoris Malipieri ad id tendentia.

1650. 9. Nouembris. Donum militiæ Illustrissimi, & Excellentissimi Poli Boldù Prouisoris Clissæ pro bono seruitio per dictum Carolum præstito in dicta Arce.

1650. 16. Nouembris. Attestatio Illustrissimi, & Excellentissimi Malipieri pro Capitaneo Carolo Cignano, qui sefecit reformare reuersurus Italiam ob mortem fratris.

1650. 26. Nouembris. Litteræ Patentes Illustrissimi, & Excellentissimi D.Leonardi Foscoli Procuratoris S.Marci & Prouisoris Generalis Dalmatiæ, & Albaniæ, in quibus confirmantur omnia supradicta stipendia bene merita, seù militiæ donatus, & opera præstita Reipublicæ Venetiarum laudantur.

1650. Alia fides Excellentiss. Maliperii D. Carolum Cignanum fuisse suum Trierarcum.

1645. Diuersa mandata se conferendi ad confinia Turcarum pro redimendis Captiuis.

1645. Libellus assertorius Capitaneo Carolo se transferendi ad Turcas, & pertractandi liberationem Co: Capræ.

1645. Alia attestatio Excellentissimi Domini Marij Bembi super dicta negotia.

Caroli tandem percrebescenti Virtuti, ac famę (vt dicebam) ob mortem fratris reuocati in Patriam, cedunt non solum tot Litteræ patentes, sed etiam tot militaria Turcica instrumenta per ipsum Senatui nostro donata, & in Museo Aldrouando appensa, vt de filio de se benemerenti gloriari possit hęc Patria, & de strenuo Conciue meritò debeat Felsina honorari.

Ad primum igitur assumptum, nempè ad filiationem probandam deuenio, adminiculando suprapositam fidem.

Probationem filiationis itaque deduco ex litteris patentibus expeditis sub die 20. Iulij 1666. ex rog. Marci Antonij de Casarenghis ad fauorem Caroli filij quondam Ioannis Mariæ de Cignanis extracti, & admissi ad Officium Vicariatus Varignanæ, & in ipso processu plenissimè remanet probata eius filiatio.

Item ex aliis litteris, & patentibus expeditis sub die 29. Decembris 1672. ad fauorem supradicti Caroli extracti ad Officium Defensoris Haueris ex rogitu D. Ioseph Mariæ de Vccello.

Item ex alia simili expedita fauore dicti Caroli de Cigna-

guanis sub die 31. Decembris 1676., qui extractus fuit in Prætorem Castri Sancti Petri, ex rogitu DD. Laurentii Balij, & Camilli Arnoaldi.

Vlterius dicta filiatio non solum probatur, sed etiam dictum D. Carolum fuisse Tenentem Columnellum Tertij militiarum Bononiæ, & præcipuè ex Instrumento emptionis per ipsum factæ à Domino Gaspare de Bulignolis sub die 27. Martii 1671. rogato per Iosephum Mariam de Macchiauellis Notarium, ibi: Dedit vendidit, & tradidit PerIllustri D. Tenenti Columnello Carolo filio olìm D. Ioannis Mariæ de Cignanis Ciui Bononiæ Capellæ Sancti Laurentij Portæ Sterij.

De anno 1658. die 13. mensis Aprilis Capitaneus Carolus de Cignanis ob mortem Petri Ioannis de Riuanis Tenentis Columnelli Tertij militiarum pedestrium Communis Bononiæ attẽtis suffragijs fauorabilibus per dictũ Capitaneum Carolum obtentis coram Eminentissimo Cardinali Io: Hieronymo Lomellino Legato Bononiæ, electus atque declaratus fuit Tenens Columnellus dicti Tertii. Hoc testatur fides, seù Priuilegium expeditum sub die 16. eiusdem mensis, & anni per Colmum Gualandum Illustrissimi Senatus Bononiæ Maiorem Secretarium.

Vltimò tandem per mortem olìm Illustrissimi D. Obicii Annibalis de Mareschalchis, Illustrissimus Bononiæ Senatus confisus integritate, fide, & virtute D. Tenentis Columnelli de Cignanis, ac etiàm considerato scrutinio posito, & fauorabili obtento sub die 16 Iunij 1681. in præsentiarum Eminentissimi Cardinalis Hieronymi Gastaldi Bononiæ pro Sanctissimo Domino Nostro Papa Legati deputauit dictum PerIllustrem D. Carolum Cignanum in Chiliarcum, & Capitaneum Generalem Tertij Loiani Castri S. Petri, & suorum adiacentium, cum omnibus prærogatiuis, facultatibus, auctoritatibus, vtilibus, prouisionibus, emolumentis, &c. Vt apparet ex Patente expedi-

ta

ta ſub die, menſe, & anno de quibus ſuprà per Dominum Coſmum Gualandum à Sæcretis Illuſtriſs. Regiminis:



Tertiò genita fuit Conſtantia, & hoc verificatur ex ſequenti fide.

Die 9. Maij 1613.

Conſtantia filia Ioannis Mariæ de Cignanis, & D. Franciſcæ eius Vxoris, nata heri in Capella Sancti Laurentij Portæ Sterij baptizata, vt ſupra, Compater D. Cæſar de Florauantibus, & D. Ludouica de Poggis, vt in libro dicti anni fol. 87.

Quæ fides adminiculatur ex Inſtrumento dotali D. Conſtantiæ olìm Ioannis Mariæ de Cignanis Vxoris Ioannis Baptiſtæ de Macchiauellis, vt conſtat ex rogitu Ioannis Matthæi Peracini de Valerianis Notarii, ſub die 30. Aprilis anni 16 . .

Quartus genitus fuit Antonius Maria, & hoc infertur ex ſequenti fide.

Die 19. Februarij 1617.

Antonius Maria filius Ioannis Mariæ de Cignanis,& D. Franciſcæ eius Vxoris natus heri 18. in Capella Sancti Laurentij Portæ Sterii, baptizatus die quo ſupra, Compater Dominus Pandulphus de Scaramutijs, & Domina Iunipera Sancta Maria de Bargelinis, vt fol. 40. dicti anni.

Ex ſupradictis D, Pompeio de Cignanis, & Domina Heliſabeth de Mengantibus prima Vxore dicti Pompeii in lu-

 cem

cem æditus est D. Maphæus, & hoc elicitur ex fide baptismatis, quæ est sequens.

Die 30. Iulij 1618.

Mapheus filius D. Pompeii de Cignanis, & D. Helisabeth de Mingantibus eius Vxoris, natus die 30. Iulii hora 19. in Capella Sanctorum Iacobi, & Philippi de Platesijs, baptizatus die, quo supra, Compater Illustrissimus, & Reuerendissimus Mapheus Barberinus S. R. E. Cardinalis Legatus, & pro eo Illust. D. Antonius Franciscus Raimundus Bononiæ Auditor Rotæ, & Illustrissima D. Francisca Facchenetta de Castellis.

Quæ fides corroboratur ex infrascriptis, & nempè ex Instrumento venditionis factæ sub die 15. Ianuarii 1675. per Illust. & Adm. Reu. D. Mapheum filium quond. D. Pompeii de Cignanis RR. Decem Sacerdotibus Congregationis Sancti Caroli, rogato per D. Ioannem Ludouicum de Barillis Notarium.

Supradictus Reu. D. Maphæus fuit Sacerdos, & Mansionarius Cathedralis Bononiæ.



Ex supradicto Pompeio de Cignanis, & Domina Victoria de Orlandis secunda Vxore orta fuit Iunipera, & hoc probatur

tur mediante ſequenti fide baptiſmali.

Die 9. Martis menſis Octobris 1621.

Iunipera filia Pompeii de Cignanis, & Dominæ Victoriæ de Orlandis eius Vxoris, nata heri nocte in Capella S. Saluatoris, baptizata vt ſupra, Compater Mag, D. Io: Baptiſta de Roſcijs Cauſidicus Bononiæ,& Illuſtriſsima Domina Hippolyta de Boncompagnis.

Primò, dictum confirmatur ex Inſtrumento aſſignationis factæ per D. Pompeium de Cignanis Iuniperæ eius filiæ ſub die 18, Iulij 1656. ex rogitu Franciſci Mariæ de Zanettis.

Secundò, verificatur dictam Iuniperam fuiſſe filiam D. Pompeii de Cignanis, & in primis nuptiis Vxorem PerIlluſtris D. Vincentii quondam Romęi de Bucchis, & in ſecundis nuptiis D. Antonii de Barberiis: quod quidem dictum deſumitur ex Teſtamento dicti Antonii, rogato per Io: Ludouicum de Barillis ſub die 5. Nouembris 1671. ibi: Reliquit iure inſtitutionis, & omni meliori modo D. Iuniperæ filiæ olìm D. Pompeii de Cignanis ſuæ dilectiſsimæ Vxori, ſuas dotes. Item iure legati reliquit D. Iulianæ, olìm PerIlluſtris D. Vincentii quondam Romæi de Bucchis, & dictæ D. Iuniperæ ex primo Matrimonio filię, & conſequenter Priuignę dicti Teſtatoris.

Ex ſupradicto D. Pompeio de Cignanis, & Domina Magdalena de Quainis Coniugibus, orti ſunt quinque filii, vna fœmina, & quatuor maſculi.

Et primo genita fuit Diamantes, hæc probatio deducitur ex infraſcriptis.

Die 7. Menſis Octobris 1622.

Diamantes filia Domini Pompeii de Cignanis, & Dominę Magdalenę de Quainis eius Vxoris, nata heri mane in Capella Sancti Mammæ, baptizata vt ſupra, Compater Dominus Victorius Blondinus, & Domina Diamantes de Maſinis.

 Quæ



Quę fides corroboratur ex Instrumēto dotali dictæ Dominæ Diamantis, filiæ dicti D. Pompeii de Cignanis, & Vxoris Domini Iacobi quondam Sanctis de Ioannettis, seù de Zanettis, rogato per Franciscum Mariam de Zanettis Notarium, sub die 18. Iulij 1656.

Secundus genitus fuit Thomas, & hoc verificatur ex sequenti fide baptismatis.

Die 25. Octobris 1625.

Thomas filius D. Pompeii Cignani, & Dominæ Magdalenæ de Quainis eius Vxoris natus die 27. huius, in Capella Sancti Isaiæ, baptizatus vt supra, Compater Dominus Ioannes Baptista de Chiocchis, Ciuis, & Norarius Bononiæ, & Helisabeth de Roffenis, vt in libro dicti anni fol. 204.

Tertius genitus fuit Iulius Cæsar, hoc enìm desumitur ex sequenti fide Baptismatis.

Die 17. Octobris 1626.

Iulius Cæsar filius D. Pompeii de Cignanis, & Dominæ Magdalenæ de Quainis eius Vxoris natus heri vesperi, sub Capella S. Isaiæ, baptizatus vt supra, Compater D. Petrus de Pedrettis.

Quæ filiatio magis probatur ex depositione trium Testium inserta in processu fabricato sub die 3. Februarij 1650. ex rogitu D. Siluestri de Zocchinis Notarij Reformatio-

num

num, & fuit extractus ad Officium Superstitis Piscium, quod obtinuit vt ex litteris,& Patente expedita die, quo supra.



Quartus genitus fuit Carolus, & hoc patet ex fide baptismali, quæ est sequens.

Die 15. Maij 1628.

Carolus filius D. Pompeii de Cignanis, & Dominæ Magdalenæ de Quainis eius Vxoris, natus heri sub Capella Sancti Isaiæ, baptizatus vt supra, Compater Illustris D. Sebastianus Mellinus, & Illustris Domina Peregrina de Muratoribus.

Confirmatur supradicta fides ex infrascriptis, ex quibus etiàm dignoscitur celebrem Dominum Carolum habere in Vxorem D.Isabellam, filiam quondam D. Felicis de Tumbis: hęc enim probatio elicitur ex Instrumento absolutionis factę ad fauorem Dominæ Isabellæ filiæ quondam D. Felicis de Tumbis,& Vxoris D. Caroli de Cignanis, per D. Isabellam Tumbam de Paganis, ex rogitibus Petri Antonij Zanati, aliàs de Azzoguidis, sub die 16 Maij 1682.

Itèm ex alio Instrumento locationis factæ, sub die vltima Martij 1666. per Dominam Isabellam olim D. Felicis de Tumbis, Vxorē Domini Caroli Domini Pompeii de Cignanis, DD. Iacobo, & Ioseph de Scaranis, de vna Domo

cum

cum Molendino ad chartæ vſum, ex rogitu D. Pompeij de Cignanis Not.

Vlteriùs additur Inſtrumentum emptionis factæ per dictum Dominum Carolum, ibi: Ferdinandus de Piſce dedit, vendidit, & tradidit duo Appartamenta vnius Domus, cupatæ, muratę, &c. poſit. in via Sancti Iſaiæ, iuxtà ſuos confines, PerIlluſt. Domino Carolo, filio quondam PerIlluſtris Domini Pompeii de Cignanis, vt conſtat ex Inſtrumento rogato per Dominum Balthaſſarem de Meleghis Notarium ſub die 9. Nouembris 1682.

Pariter verificatur dictum Carolum fuiſſe filium olìm Domini Pompeij de Cignanis, ex proceſſu fabricato occaſione, qua extractus fuit ad Officium Superſtitis ad Salem, ſub die 16. Decembris 1680. quod obtinuit, vt patet ex Patente expedita per acta DD. Iulij Panzacchiæ de Carratis, & Ioſeph Mariæ de Macchiauellis Notariorum Reformationum ſub die 2. Ianuarij anni 1681.

Quintus genitus fuit Petrus, & hoc per me depromitur ex ſeq. fide. Die 7. Maij 1638.

Petrus filius Domini Pompeii de Cignanis, & Dominæ Magdalenæ de Quainis eius Vxoris, natus heri veſperi hora 24. ſub Capella Sancti Petri Maioris, baptizatus die quo ſupra, Compater Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Comes Carolus Antonius Fibbia Canonicus Bononiæ, & pro eo Illuſtris, & Reu. D. Ioannes Baptiſta Brunellus Abbas, &c. vt in libro dicti anni fol. 85.

Fides adminiculatur ex vno Codicillo facto per Dominam Franciſcam de Guidettis viduam, & olìm Vxorem Domini Ioannis Mariæ de Cignanis, rogato per Dominum Pompeium de Cignanis, in quo quidem Codicillo Teſtis adhibitus fuit dictus Petrus, ibi: Pręſentibus, & Petro de Cignanis filio mei Notarij infraſcripti.

Dictus Petrus fuit Capitaneus, Collectorque Militum in ſeruitium Sereniſsimæ Venetorum Reipublicæ.

Ex



Ex ſupradicto Vincentio Maria filio quondam Ioannis Mariæ de Cignanis, & ex Domina Sancta de Creſcentijs orta fuit Antonia Maria, quæ probatio primò deſumitur ex ſequenti fide Baptiſmatis.

Die 24. Menſis Iulii 1646.

Antonia Maria filia Magnifici Domini Vincentij Mariæ de Cignanis, & Magnificæ Dominæ Sanctæ de Creſcentiis eius Vxoris, nata heri hora 13. ſub Parocchia Sancti Laurentij Portæ Sterij, baptizata vt ſupra, Compater Illuſtriſſimus Dominus Alexius de Vrſis Senator Bononiæ.

Quæ fides adminiculatur ex ſequentibus, & primò ex Inuentario legali facto ſub die 23. Septembris 1649. per D. Sanctam filiam D. Ludouici de Creſcentijs vxorem olìm D. Vincentii Mariæ de Cignanis ad fauorem D. Antoniæ Mariæ dictorum Sanctæ, & Vincentii Mariæ de Cignanis filiæ ex rog. D. Franciſci de Bennis Not.

Secundò dictum confirmatur ex legato Antonię Mariæ diminuto in Codicillo facto per D. Franciſcam de Guidettis, ibi: D. Franciſca ſciens ſe reliquiſſe Antonię Mariæ

eius

eius ex olìm Mag. D. Vincentio Maria eius filio nepti lib. 600. bonenorum, & volens quædam adimere, &c. ex Instrumento rogato per D. Pompeium de Cignanis ſub die 8. Iunij 1658.

Tertiò, probatur D. Antoniam Mariam fuiſſe filiam. q. Vincentij Mariæ de Cignanis, & in primis nuptijs Vxorem Excellentiſs. D. Angeli Mariæ q. Iacobi de Perinis, vt conſtat ex ſuo Inſtrumento dotali rogato ſub die 19. Maii. anni 1674. per D. Philippum Carolum Zanatum de Azzoguidis.

Quartò. & vltimò probatur dictam D. Antoniam Mariam fuiſſe filiam quondam Vincentij Mariæ de Cignanis Viduam ob mortem ſupradicti Excellentiſs. D. Angeli Mariæ, & in ſecundis nuptiis Vxorem D. Ioſeph Mariæ q. D. Flaminii de Veronis, vt patet ex Inſtrumento dotali d. D. Antoniæ Marię rog. ſub die 26. Octobris anni 1680. per D. Ioſephum de Cauatiis Not.

Ex ſupradictis DD. Carolo de Cignanis, & Iſabella de Tumbis procreati fuere quatuor filii, & primò.

Die 7. Decembris 1655.

Maria Eliſabeth filia D. Caroli de Cignanis, & D. Iſabellæ de Tumbis eius Vxoris, nata hac nocte hora 7. cum dimidio, ſub Parocchia S. Georgii in Poggiali, baptizata. vt ſupra, Compater D. Iacobus de Vrſonis, vt in libro dicti anni 1655, fol. 264.

Fides adminiculatur ex ſequenti Inſtrum. ceſſionis iurium factæ per D. Tenentem Columnellum olìm D. Io: Mariæ de Cignanis ad fauorem D. Heliſabeth Marię filię D. Caroli de Cignanis, & ad commodum RR. Monialium Corporis Chriſti, in quo Monaſterio ipſa Maria Heliſabeth ſuſcepit habitum ſub nomine Sororis Annę Tereſiæ, rog. ſub die 1. Decembris per Franciſcum de Ettoris Not.

Secundus genitus fuit Felix, & hoc deſumitur ex fide Baptiſmatis, quæ eſt ſequens.

Die

Die 29. Ianuarij 1660.

Felix filius Mag. D. Caroli de Cignanis, & Mag. D. Isabellę de Tumbis eius Vxoris, natus die 27. Ianuarij hora 10. cum dimidio sub Parocchia S. Isaiæ, & baptizatus die 29. eiusdem Compater Mag. D. Ludouicus Papazonus, & pro eo Illustriss. D. Co: Carolus Antonius Calderinus, vt in libro dicti anni.

Tertius genitus fuit Franciscus Bonauentura, & hoc probat sequens fides.

Die 18. Iunij 1661.

Franciscus Bonauentura filius Illustris D. Caroli Cignani, & Illustris D. Isabellę de Tumbis eius Vxoris, natus die Mercurij hora 3. cum dimidio, quę fuit die 15. huius sub Parochia S. Isaię, baptizatus vt supra, Compater PerIllustris, & Excellentiss. D. Pompeius de Luchettis I. V. D. & Causidicus Bononię, vt est videre in libro supradicti anni.

Quę fides corroboratur à processu, & Sententia Notariatus publicata, & data ad fauorem Francisci Bonauenturę D. Caroli de Cignanis sub die 1. Martii 1683. rog. per DD. Franciscum de Baldinis, & Thomam de Rampionesiis Notarios Fori Rotalis.

Secundò, dictum confirmatur ex matricula DD. Notariorum fol. 76. vt ibi de anno 1685. reperitur Franciscus Bonauentura filius Caroli de Cignanis, matriculatus sub die 17. Augusti dicti anni per D. Dominicum Mariam de Iordanis Notarium Archiuistam.

Tertiò, patet Franciscum Bonauenturam esse filium Caroli de Cignanis ex Processu constructo occasione Officii Vicariatus S. Petri in Casali, ad quod ipse extractus fuit die 16. Iunii 1685. & quod obtinuit die 11. Iulii eiusdem anni, vt constat ex rogitibus Io: Caroli de Gualcheriis, & Ioseph Marię de Aloysiis Notariorum Reformatiorum.

Quartus genitus fuit Philippus, & hoc desumitur ex sequenti fide Baptismatis.

Fidem

Fidem facio Ego infrà V. Curatus Insignis Colleg. & Parochialis Basilicę Sancti Laurentii in Damaso Vrbis, qualiter in libro XI. baptizatorum ad pag. 232. reperitur infrascripta partita tenoris sequentis, videlicet.

Die 7. Nouembris 1663 Idem R. D. Iulianus baptizauit infantem die 23. pręteriti, natum ex D. Carolo Cignano, & D. Isabella Tomba coniugibus, Bononien. Parocchię S. Stephani in Piscinula, cui nomen fuit impositum Philippus, Patrinus Illustriss. Eques Gabriel Samperius Bononiensis, Parocchiæ Sanctorum Vincentij, & Anastasij. In quorum fidem hac die 3. Ianuarii 1676.

Quæ fides adminiculatur ex Bulla Beneficij simplicis, sub Inuocatione SS. Ioannis, & Georgii, ibi: Dilecto D. Philippo filio D. Caroli de Cignanis Ciui, & Clerico Bononię, expedita sub die 10. Februarii, anni 1685. per Acta D. Bartholomęi de Gulielminis Not.

Tandem pro Coronide huius mei laboris dico, quod non solum familia de Cignano, seù de Cignanis habuit supradictas pręrogatiuas, & parentellas tàm actiuas, quàm passiuas; pariter habuisse Antonium Mariam Cignanum, Capitaneum strenuum, de quo extat memoria in Diui Ioannis in Monte, propè Ianuam maiorem, & quia de ipso, & de diuersis aliis nobilibus parentellis non inueni Instrumenta authentica, hęc tamen ommitto; quamuis multa alia allegentur per D. Annibalem Gozzadinum felicis recordationis.

FINIS.

